

WS 1727

Q. D. B. V.

ACADEMIAE GISSENAE
RECTOR
JO. GODOFREDVS
HARTVNGIVS, D.

CONSILIAR. HASSO-DARMSTAD. ET IVR.

P. P. ORD.

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO
LECTIONES HYBERNAS

TAM PVBLICAS, QVAM PRIVATAS,
STVDIOSIS ACADEMIAE CIVIBVS

GENERE, VIRIVTE, DOCTRINA
FLORENTISSIMIS

MORE PER MANVS TRADITO INDICAT,

ET

AD DILIGENTEM FREQUENTATIONEM SEDVLO

COMMENDAT

SVB SIGILLO ACAD. MAIORI
DOMIN. XIV. POST TRINIT.

A. R. S. MDCCXXVII.

GISSÆ

TYPIS VID. IO. REINH. VULPII ACAD. TYPOGR.

IN FACULTATE THEOLOG.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

Doct. & Prof. Theol. Ord. region. Darmstadinæ

Marpurg. Superint.

Elapsa quas æstate coepit lectiones *publicas* æque ac *privatas*, divino adjutus robore, per hiemem continuabit : *has* quidem ab ardua de *Voluntatē DEI*, ejusque e S. Scriptura observatu apprime necessariis *Divisionibus* materia exordiando ; *illas* autem, ad *Celeb. RAMBACHII Institutiones Hermenevticas* pro studii *Exegetici* partibus excolendis, prosequendo : peculiaribus horis brevem, si ab ipso desiderabitur, in *historia Ecclesiastica* Christianæ campum additurus introductionem.

JOH. GOTTFREDUS SCHUPART,

SS. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adseffor & Diœces.

Alsfeld. Superintendens.

Per hoc semestre, publicis lectionibus, methodo qua suevit, in *Malachiam* commentabitur. Privatum *Theologiam dogmaticam* iuxta ductum B. BAIERI absolvet ; perget quoque in illustranda *Epistola ad Ebraeos*, cuius divina institutione præstantiam sacerdotii Christi præ Levitico porro meditabitur, adiunctis, quæ ad Christianismi praxin pertinent, porismatibus. In *Fœderalibus* à naturæ, quod vocant foedere, ad *Fœdus Evangelicum* nunc progredietur, quæque per singulas periodos necessaria videbuntur memoratu, ea, qua par est, diligentia exponet.

JOH. GEORG. LIEBKNECHT,

SS. Theol. Doctor, eiusd. Prof. P. Ordin.

Publice Phrasiologiam Biblico-Mathematicam, & *privatim* praelectiones in B. BAIERI compendium Theologiae positivæ nuper coeptas

con-

continuabit. Recens Historiam ecclesiasticam N. T. integram ad B. IO. ANDR. SCHMIDII commodissimum compendium pertractandam resumer, indeque illustriora themata studiosis publice defendenda, proponet; nec non WERNERI praecepta homiletica, additis Cl. BOHNERI tabulis, explicabit.

IN FACULTATE IURIDICA.
JO. GODOFREDUS HARTVNGIVS, D.
Confiliarius Hassio-Darmst. Iur. P. P. Ordin.
& Academ. h. t. Rect.

Collegium *privatum* Pandectarum ad *Lauterbachii* Compendium Iuris praeterlapso semestri coeprum hoc semestri hyberno binis per diem horis continuabit & cum DEO absoluet, *publice* vero, quam primum a negotiis & molestiis Rectoralibus liberatus erit, *iurisprudentiam suam Feudalem* explicabit.

JO. FRIDERICVS KAYSER, J. V. D.
& P. P. O. Academiae Syndicus & Facultatis suae
h. t. Decanus.

Per instans semestre brumale *publicis Lectionibus* ad Institutiones Justinianeas commentabitur; *privatim* vero Jus publicum & Pandectas explicabit, nec defuturus, si in aliis quoque legitimae scientiae partibus studium atque industriam suam Nobilissimi Dn. Dn. Commilitones excitaverint.

JO. FRIDERICVS WUHL/
J. V. L. & P. P. O.

Publice, simul ac quæ in Jo. Schilteri *instit. Jur. Can.* supersunt, absolvet; statim *Illustr. DN. BÖHMERI, doctrinam de Actionibus* explanabo; cumque trituram forensensem sola actionum noticia non exhauriat,

hauriat, sed in super neceſſum ſit, ut futurus practicus accuratam ordinis judicarii cognitionem habeat, *privatim* materiam de proceſſu, ad ductum B. Dn. STRYCKII, *in intr. ad prax. for.* ita pertractabo, ut poſt genuina proceſſus in quacunque judicii parte obſervandi præcepta tradita, applicationem in elaborandis caſibus oſtendam. Deinde, ne juris publici prudentiæ cultores, abſque ſufficienti, civilis, feudalſis ac canonici juris cognitione atque adeo illotis manibus, immenſum hoc ſtudium aggrediantur, prælectiones ad JO. SDHILTERI *inſtit. Jur. Can.* denuo incipiam operam daturus, ut eas hoc ſemestri hyemali æque ac *Juris Feudalis, pandectarum & institutionum* Collegia jam cœpta ad finem perducam, neque etiam deſideriis eorum de ero qui novum collegium pandectarum expectent.

GEORGIVS LVDOVICVS LEVTNER
PROFESSOR JUR. EXTRAORD. & FACVLT.
JVRID. ADSESSOR.

Publice Stryckij Examen J. Feudalis explicabit, & ubivis mores Alſemmannorum cum Longobardorum inſtitutis contendere ſtudebit. Privatim denuo commentabitur ad Coccejanam Juris Publici Prudentiam, licet plerisque ſordeat antiquitatis hiſtoricæ notiſſia, quam ubivis præſertim in prolegomenis ſedulo inculcat Auctor. Hi enim velim cogitent, quid Conringius, Werlhoſius, Hertius prudenter ſatis moneant: omnem ſuperiorum temporum ſeriem akte repetendam, quo poſſit liquido judicari, undenam ſinguli populi, & quando, & a quibus primordiis, quibus uſi conſiliis ad præſentem fortunam pervenerint. Illuſtrabit quoque Inſtit. Imperiales & Jus Naturæ ad ductum Inſtit. I. N. a Dn. Vittrario dilucide non minus, ac ſolide editarum, & finito Collegio I. N. explicatorio, examinatorium ſubſequetur, in quo veritatem rerum pro poſitarum a dubiis, æquivocationibus liberare, nova porismata inde elicere, & ad illuſtres controverſias dicta adplicare conſtituit. Lectiones Pandectarum ad Ill. Böhmeri Introductionem in Jus Digeflorum binis in ſingulos dies horis aperiet, omnemque dabit operam, ut per hiemem abſolvantur. Neque ceſſabunt ſcholæ acroamaticæ, vel, ut vulgo vocantur, lectiones privatiſſimæ.

L. IOAN.

L. IOANNES GEORGIUS ESTOR,

Historiographus Hasso-Darmstadinus & I. P. P. E.

Publice interpretabitur institutiones Iustinianaeas. Priuata opera digesta, praeunte illustri BOEHMERO, ita exponet, ut totum opus hoc semestri haut dubie perducatur ad umbilicum. Praeter collegium iuris feudalis, quod ad ductum iurisprudentiae feudalis, a celeberrimo BVRC. GÖTTH. STRVVIO, nuper vulgatae, efflagitarunt nonnulli, auspicaturus est quoque scholas ad HORNII ius publicum, aut, si maluerint DN. auditores, ad conlustrandas pacis Westphalicae tabulas cum capitulatione Caroli VI. erit promptus. Horas singulis praelectionibus destinatas, schedula valuis publicis, more maiorum, adfixa, propediem indicabit.

IN FACULTATE MEDICA.

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS, Med. D.

huiusque Prof. & Archiater Hasso-Darmst. Primar.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiatorum conatus promovere poterit.

D. MICH. BERNHARDVS VALENTINI,

Prof. Med. Ord.

Publicè Materiam Medicam explicabit; *privatim* Collegium Consultatorium habebit, eoque absoluto universum Medicinae cursum, auxiliante DEO, denuo auspicabitur.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

P. P. O.

Publicas horas, temporis & muneris sui ratione ita exigente, laboribus denuo anatomicis impendet, Auctorem, quem hactenus cum ob alias rationes, tum ob novorum quam fecit inventorum mentionem hactenus elegerat, etiam nunc secuturus: privatim quoque in aliis Medicinae partibus non deerit Nobiliss. Commilitonibus operamque dabit, ut eorum iniis etiam se captui accommodet & desideriis satisfaciat.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Consilar. & Archiat. Hasso- Darmstad. Medicin.

P. P. Ordinar.

Publice & privatim, arti salutari initiatis Instituta præleget. Provectionibus cautelas, per universam praxin Medicam, exponet & instillabit. Nec in aliis Medicinæ partibus solertioribus artis cultoribus se non præbebit officiosum.

CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,

Profess. Med. Extraordin.

Ex speciali Gratia Serenissimi Academiae Nutricii in aulis Medicinam faciens. Philiatorum studia per commercium, quod illis offert, literarium promoverabit, donec Academiae patriae restitutus viva simul voce illis inservire possit.

LUDOV. HENRIC. LEO HILCHEN,

Med. Lic. & Prof. Extraord.

In praelectionibus publicis Historiam Medicinæ explicabit. Privatim materiam medicam, ad ductum HERMANNI, præleget, in simulque regulas scribendarum formularum inculcabit.

IN FACULT. PHILOSOPHICA,

MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

Ph. l. Experim. Prof. Ord.

Exotica varia curiosis Naturæ Scrutatoribus ob oculos ponet eorumque historiam & usum simul expediet.

D. IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematicum Prof. P. Ordin.

Praxi Geometrica, sedulo huc vsque vi statutorum Acad. observatae, mox addet loco lectionum public. *Trigonometricam*. Privatim in explicandis fundamentis Hydrostaticis & aliis, præsertim Architectonicis Opticis & Cosmographicis perget, nec in aliis partibus Mathematicis operam suam vnquam denegabit.

IO. HENRICVS MAIVS,

Antiquitatum, litteraturae Graecae, linguarumque
Orientalium Professor ordinarius.

Aetuum Apostolicorum coeptam illustrationem Philologicam persequetur lectionibus publicis: priuatae auditores expectant idoneos, & ab his litteris non abhorrentes, quas plerique pro vescis habent & fastidiosis.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Phl. Nat. P. P. O.

Publice, si Respondentes fuerit nactus, controversias Physicas recentiorum Dissertationibus proponet & ventilabit. *Privatim*, partem *Physicae suae* specialem ad finem perducet! Nec porro ulla in se deerit unde studiosae iuventuti opella sua commendata esse possit.

D. JOH. CONRADVS ARNOLDI,

Logicae ac Metaphys. Prof. P. Ord.

Si desiderium, in Philosophia prima ac rationali proficiendi, auditoribus par erit nostro, profectus ipsorum promovendi, studio, publice disputandi exercitium per Theses, ex Historia Philosophiae, & quidem Metaphysicae petitas, mensibus hybernis continuabimus. Privatim porro, tam theoretice, quam praetice, Logicam cum Metaphysica, cujuscunque etiam Auctoris, siue recentioris siue antiquioris, Institutiones placuerint, ita porro inculcabitur, ut praecipis dilucide explicatis, quaestiones & axiomata, ex usu necessario, succincte subjiciantur, novae, ut vulgo aestimatur, philosophiae, in hisce ipsius partibus, dogmata conferantur, utriusque vero disciplinae nostrae cursus semestri spatio absolvatur.

SEBASTIANUS MASSON, P.

Publica commentatione explicandi proxime atque enodandi operis Grotiani de Iure Belli ac Pacis fouet adhuc consilium. Privatim horam matutinam octauam particulae collegii Pufendorfiani, quam superesse iam quidem angustia temporis iussit, porro diligenter proponenda

dae tribuer. Quo expedito, quum plures animaduernerit attentiores solertioresque laetabundus, Examen haustae doctrinae quatuor ad summum mensibus exantlandum, vel etiam Exercitium disputatorium pro lubitu instituet. Nouas quoque ad laudatum mox Pufendorffium de off. H. & C. praelectiones, conspirante auditorum numero, adornabit. Tum denique in tradendis cum politicae, tum moralis scientiae genuinis principiis, auctore vtrunque celeb. Buddeo, desiderantibus nec denegabit opellam suam; opera haec vero confestim solutis, studiorum quorumcunque infausto obice, alienis nundinis adgressurus.

CHRIST. FRIDER. AYRMANNVS,

Histor. Pr. publ.

Absoluto breui Collegio Historiae uniuersalis, nouum auspicabitur, Historiam particularem praecipuorum Europae Statuum, speciatim Historiam Germanicam, Historiam literariam, & quae huius generis alia muneris ratio postulabit, adiuncturus.

JOHANNES RHENIUS,

Eloquentiae & Poeseos P. P. Ordin.

Assistente divina gratia publicis laboribus de conscribendis epistolis doctrinam exponet; qua absoluta de componendis orationibus secundum Vossii praecepta acturus. Privatim etiam Collegio stili epistolico & oratorio practico cultores eloquentiae non intermittere exercere. Denique ligatae eloquentiae studiosis in enucleandis Poeticis scriptoribus operam publice privatimque haud denegabit, simul ac ipsorum cognoverit desideria.

CHRISTOPH. LVDOVICVS RÜDIGER,

P. P. Extraord. & Symmystes.

Operam etiam nunc gnauiter nauat, ut ea, quae in Historia philosophica, Arte ratiocinandi & Heraldica restant, pertexat. Cumque Philosophiae theoreticae in *Cursu* colophonem addiderit, ad practicam quoque pari passu, duce B. Reichenbergio in Lineam. Phil. Civ. ambulabit. Ad haec in *Historia literaria generali* instruet; viam a Cel. Hermannno monstratam, secuturus.